

quarta^{uu)} parte, quamvis etiam^{vv)} illic^{vv)} abbreviata sint omnia, propter magnitudinem tamen^{ww)} voluminis adhuc amplius minuendam, vellem — si fieri posset — de sanctorum miraculis rescidisse^{xx)} nonnulla. Denique si quis legentium^{yy)} vel in prima vel in secunda vel in tertia vel^{zz)} in quarta^{zz)} parte de hiis, que forsitan ibidem^{a)} requisierit^{a)}, minus aliquid inveniat, necessitati abbreviandi operis — ut iustum est — veniam concedat. Preterea nullatenus lector abhorreat, si etiam in gentilium historia videatur legi, circa paganos facta fuisse nonnulla miracula: credibile enim est huiuscemodi^{b)} ostenta, nequaquam vera fuisse miracula, sed prodigia mendacia ipsosque^{b.c)} demones hec circa cultores suos fallaciter egisse vel ostendisse, quatenus^{d)} huiusmodi fallaciis eos in cultu suo possent facilius detinere. Hec^{e)} ad presens de cunctis, que ipso tanti operis initio dicenda erant, videlicet de causa et materia et titulo et modo agendi et utilitate et calumpniarum repulsione et ipsius operis divisione atque retractatione ad presens sufficiant.

Hunc autem prologum^{f)} propter predictas causas a principio operis hucusque protractum^{g)}, quia pari iure respondet unicuique^{h)} parti, totum inⁱ⁾ cuiuslibet^{k)} capite inserendum iudicavi, ut^{l)} simul cum totius partis capitulis adiunctus locum suppleat unius libri. Et quia totum opus illud universale supradicta ratione Speculum Maius decreveram appellare, hiis etiam quattuor eiusdem partibus idem vocabulum per singulos titulos placuit annotare, ut videlicet prima vocetur Speculum Naturale, secunda vero Speculum Doctrinale, tertia quoque Speculum Morale et quarta Speculum Historiale^{l)}.

c^{m)}. 20^{m)}. Continuationⁿ⁾ huius^{o)} quarte^{p)} partis ad alias^{n.o)}

Quoniam^{q)} igitur in hac^{r)} prima^{s)} parte^{t)} totam naturalem historiam^{u)} auxiliante Deo diversorum actorum^{uv)} flosculos excerpando^{v)} iuxta possibilitatis nostre modulum breviter ad plenum prosecuti sumus, dis-

uu) tertia D vv-vv) *fehlt* D ww) *fehlt* D xx) recitasse H_2 ; rescidisse H_3N_2D yy) *folgt* ut dixi D zz-zz) *fehlt* D a-a) requisierit ibidem D_2D_3 b-b) ipsos D c) ipsos H_3N_3 d) quatinus H_2 e) Et hec D f) libellum nostrum apologeticum D g) pertractum $H_3H_4H_5$ h) cuilibet D i) *folgt* unius D k) *folgt* parte N_1N_2 l-l) *fehlt* D m-m) *fehlt* D n-n) Epilogus D_1 ; Incipit prologus secunde partis Speculi Maioris omnimodam historiam continens R o-o) quattuor partium ad invicem N p) secunde D_2D_3 q) Sic N r) *fehlt* DR s) *folgt* totius operis huius D ; precedenti huius operis R t) *folgt* quod Speculum Maius, ut dictum est, appellatur D u) ut supradiximus N uv) auctorum $H_1H_3H_4H_5N$ v) *folgt* ac sub certis titulis redigendo D